

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. II. Propria infamia vel complicis apud solum Confessarium, non  
excusat ab integritate materiali Confessionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

tanquam moraliter impossibilia, sive tanquam  
practicè non confitenda.

Ceterum, si à me queritur, quare in Con-  
fessione addiderim illam particulam; Confessio-  
nem extrinsecum? Responso in promptu est: quia,  
qui præcepit Confessionem, confitetur compræci-  
pere (ut sic loquar) omnia dama, qua ipsi  
intrinsecè connexa sunt, quo inutiliter praæ-  
cipere: sicut lex humana, etiò per se non obli-  
get cum periculo vita, aut alterius gravis  
documenti extrinseci, seu per accidens conjun-  
cti: euidem, secundum Theologos commu-  
niter, obligat cum periculo vita, aut alterius  
gravis documenti, quando actus justè præcep-  
tus, per se habet hujusmodi periculum annexum.

Hinc peccat miles, qui metu mortis sta-  
tionem suam deferit; scimus, qui metu mortis  
non servat jejunium Ecclesie: quia jejunio  
plane extrinsecum est periculum mortis; sta-  
tionem autem per se connexum. Ergo sicuti qui  
præcipit stationem, consequenter præcipit per-  
iculum mortis; alioquin frustra præcipere;  
pari ratione, qui præcipit integrum Confessio-  
nem, præcipit omnia dama per se connexa,  
ne alioquin inutiliter præcipiat. Ex quo in-  
fero, & erit

## CONCLUSIO II.

Propria infamia vel complicis  
apud solum Confessarium, non  
excusat ab integritate mate-  
riali Confessionis.

Prima pars, videlicet propriam infamiam  
non excusare, est communis DD. Ratio-  
nem priori voluntas Christi, qui præcepit inte-  
gram Confessionem, cui per se annexitur pro-  
pria infamia; quamvis hic & nunc per acci-  
dens fieri possit, ut penitentis non infamet se;  
quia vel peccata non sunt infamatoria respectu  
sui, v. g. duellum respectu militis; vel quia  
ignotus Confessarius, vel quia aliunde publi-  
ca sunt.

Profectò si penitentis excusaretur à Con-  
fessione, ne se infamaret, & solum teneretur  
confiteri, quando peccata non essent infamato-  
ria; aut quando nancisceretur Confessarium,  
qui illum non nosset, vel certè quando peccata  
forent publica; frequentissimè excusaretur vel  
à Confessione, vel ab integritate illius, ita ut  
non teneretur dicere peccata nisi vel Iebla &  
communia; vel certè differre posset Confessio-  
nem usque ad prædictam occasionem Con-  
fessarii, qui illum non nosset, quæ licet in ali-  
quis locis latè frequens sit, ubi nimis  
abundant Confessarii; attamen in aliis locis,  
ubi vix unus aut alter Confessarius reperitur,

rariissimè talis occasio sele offert.

Plane ergo conveniens erat institutioni  
hujus Sacramenti, & præcepto integra Confes-  
sionis, ut penitentis teneretur confiteri in-  
tegrè cum propria infamia, quando aliter non  
posset confiteri: præsertim, cum hoc Sacra-  
mentum quantum quantum est, sit institutum  
in bonum & utilitatem ipsius penitentis.

Sed numquid rectè inde inferatur: ergo obli-  
gat præceptum integræ Confessionis cum in-  
famia complicit? Ita argumentatur Cardinalis  
Lugo disp. 16, n. 398. ibi: Ex natura rei  
plas requiritur ad obligandum aliquem, ut  
se ipsum infameret, quam ad permittendum  
vel obligandum, ut alienum crimen manife-  
staret. Constat etiam, aliquando posse me  
manifestare crimen alienum, ad vitandum  
aliquid malum meum, vel propter aliquod  
bonum meum; licet illud idem bonum non  
me obliget, ad manifestandum crimen meum.  
Cum ergo bonum Confessionis integræ tale ac-  
tantum sit, ut propter illud Christus obliget  
penitentem ad manifestanda sua crimina, &  
subeundam infamiam; consequens est, ut  
propter illud idem bonum permiserit necessaria-  
ri manifestationem criminis alieni, que  
certè tunc non erit mala; cum non fiat, ab-  
que rationabili causa. Hec ille.

Sed contra opponit Dicastillo disp. 9.  
n. 898. Possum integrè confiteri cum propria  
infamia, etiam ubi nulla est necessitas; quia v. g. adebet alius Confessarius, cui sum ignotus;  
& tamen non bene inde concluditur: ergo  
possum integrè confiteri cum infamia complicitis;  
etiam ubi nulla est necessitas; quia v. g.  
adest Confessarius, cui complex est incon-  
gnitus.

Respondeo; disparitas est, quod homo sit dominus propriæ famæ, & posset cedere juri  
lui: non est autem dominus famæ complicitis,  
nec potest cedere juri, quod complex habet ad  
famam suam. Ergo licet absque necessitate  
integræ Confessionis possum se ipsum infamare  
ad maiorem sui humiliationem, & per conse-  
quens ad majorem fructum Sacramenti; non  
sequitur: ergo etiam absque necessitate inte-  
græ Confessionis potest infamare complicitem;  
quia sola ratio, excusans infamiam complicitis  
à peccato formalí detractionis, est necessitas  
integræ Confessionis. Unde valde diversa  
sunt: Teneor meipsum infamare ad accipien-  
dum tale bonum; ergo possum infamare alterum  
ad accipendum idem bonum; &: Possum  
meipsum infamare ad accipendum alio bonum;  
ergo etiam possum infamare alterum ad  
accipendum idem bonum.

Nonne bene sequitur: teneor in judicio  
humano confiteri peccatum cum propria infamia  
ad evitandam mortem; ergo etiam ob-  
eandem rationem possum confiteri peccatum  
cum infamia complicitis? Nullus est qui dubitat  
R. f. de boni-

de bonitate istius Consequentiæ. Et tamen non bene infertur: possum in iudicio humano confiteri peccatum cum propria infamia ad maiorem mei humiliationem; ergo ad eundem finem possum confiteri peccatum cum infamia complicitis: quia illa major mei humiliatio, que tantum conflixi est, quamvis sit sufficiens causa abiciendi propriam famam, cuius sum dominus; non tamen auferendam famam proximi, cuius non sum dominus.

Hercle non est dubium, quin aliquando possum manifestare verum crimen proximi mei cum ejus infamia, ad evitandum aliquod malum, tametsi illud malum evitandum non me obliget, ad manifestandum proprium crimen: cum enim notitia, quam habeo de criminis anteriori, mea sit, non est tam stricta obligatio eâ non utendi, sed ex communis sententia licet eâ utor ad necessarium consilium petendum de re aliquicunq; momenti. Item, ad gravem dolorem leniendum, & ad similes multos fines (qui tamen me non obligant ad manifestandum proprium crimen) cur non etiam ad obtinendum bonum integrâ Confessionis, quod tantum est, ut propter illud debeam meipsum infamare?

Pro quo adverte differentiam, quæ est inter impositionem criminis falsi, & revelationem criminis veri: nam revelando crimen verum, utor re meā, scilicet notitiā, quam habeo de alterius criminis: fecūs imponendo falso crimen; ac proinde rarissimè licet imponere falso crimen, saptiis autem revelare crimen verum, et si ille, cuius crimen revelatur, nullum inde sentiat commodum: nec iustè conqueri potest, cum illi periculo se exposuerit committendo crimen.

Et admissum (de quo infra adhuc redibit  
mentio) quod bonum integra Confessionis  
cedat totaliter in utilitatem penitentis, &  
nullatenus in utilitatem complicitis: ergo non  
sufficit, ut rationabiliter possum revelare ejus  
peccatum, quando hoc est omnino necesa-  
rium ad obtinendum bonum integræ Confes-  
sionis, neg. Conseq. Patet, quando revelatur  
ad petendum consilium, ad mitigationem  
doloris &c. Evidem si pro consilio vel solu-  
tione licet, idque extra Confessionem, ubi si-  
gillum non obligat; neclio, quam difficulta-  
tem sibi Aliqui imaginentur in revelatione  
veri criminis, quæsi in Confessione, ex qua  
sortitur sigillum, etiam respectu illius criminis,  
quando alter penitens non potest habere bo-  
num integræ Confessionis.

Dices: Christus potuisse velle infamiam  
penitentis propter utilitatem penitentis; &  
non infamiam complicis, qui nullam inde ha-  
bet utilitatem.

26.  
Objec<sup>n</sup>io<sup>n</sup>.

Solvitur,

*cis, est nullam inde accipiat utilitatem. Quid factum sit, queritur: constat voluntas & obligatio precentem propter utilitatem propriam, quam accipit ex integra Confessione, ad revelanda omnia peccata cum propria infamia: non confitat, positivè nullus infamiam complices & ius naturale dictat, quod possim revelare verum crimen proximi mei cum eius infamia, quando hoc est necessarium pro evitando aliquo notabilis malo, & accipiendo notabili bono: ergo ius naturale dictat esse licitum revelare complices in Confessione, quando aliter non possum accipere bonum integræ Confessionis; quod utique notabiliter appetit ex eo, quod Christus obligavit precentem ad illud acquirendum cum propria infamia.*

Quarisi ame, quod sit illud bonum? Rel-  
pondeo: perfectum iudicium Confessarii de bonis  
statu penitentis, aequitas in penitentis in-  
jungendis, tam ad novam vita custodiandam &  
infirmitatis medicamentum, quam ad prae-  
ritorum peccatorum vindictam & castigatio-  
nem. Verbo ut absolvam; Deus talem sati-  
factionem exigit pro peccato.

Et quamvis integra Confessio rariis affectet (sicut revera rarius affect) infamiam complicis, quam in penitentibus; equidem quando absolute affect, unde probatur, voluntatem divinam, exigentem pro satisfactione integrum Confessionem, non prevaleat precepto naturali conservandi famam proximi? Etiam raro evenit, ut revelatio alieni peccati sit necessaria ad consilium aut solutum: at tamen quando est necessaria, licet; quia preceptum naturale conservandi famam proximi non est abolutum & generale pro quoque tempore ac loco, & quibuscumque circumstantiis, sed pro tunc, quando non occurrat causa rationabilis in contrarium.

Sicut præceptum naturale: Non occides,  
non obligat simpliciter & absolutè (nam licet  
occidere malefactores auctoritate publicâ, licet  
occidere auctoritate privata injurum inva-  
lidentem vita &c.) sed cum hac limitatione: In-  
fontem & iustum non occides, Exod. 23. v. 7.  
Item, scandalum acceptum vitare juris natu-  
ralis est, sed non cum gravi detrimento pro-  
prio.

Et hinc praeceptum positivum audiendi  
Sacrum die Dominicā, efficere potest, ut  
mulier, qui aliquo ad vitandum scandalum  
praeceptum juvenis alicujus, illam inordinatē  
diligentis, debet se contineat domi; nihilō  
inūt implat istud praeceptum, possitire  
de templū; quia non tenetur le privare  
sacro & impletione praecepti, ut cum illo  
dilectimo prospiciat alteri, ex malitia pec-  
cato.

Similiter, est præceptum naturale defen-  
dendi Rempublicam : si tamen id nequeo  
facere

facere absque revelatione sigilli sacramentalis (cujus observatio est juris quodammodo positivi) nulla est obligatio: quia tunc solum tenor defendere Rempublicam, quando possum sine majori incommodo, quam sit commodum illud, quod Republica accipiet ex mea defensione: jam autem incommodum quod oriretur ex revelatione sigilli, longe magis est, quam quodcumque commodum Republicae.

Igitur ad propositionem nostrum, ius naturale prohibens revelationem complicis cum ejus infamia, intelligitur, nisi adhuc rationabilis causa, qualis in praesenti est integritas Confessionis, que licet Aliquis videatur minoris momenti, quam fama complicis, & ideo probabiliter asserant, potius dimidiandam Confessionem, quam infamandam complicem apud solum Confessarium; alii tamen multis & doctis ac sanctis viris contrarium appareat, videlicet bonum integra Confessio- nis longe præstare infamacioni complicis apud solum Confessarium: & ideo probabilius nobilium docent, infamiam complicis apud solum Confessarium non excusare ab integratia materiali Confessionis.

Ita plane fentit Doctor Angelicus S. Thom. 4. dist. 16. qu. 3. art. 2. quaestionalia 5. Ad quantum dicendum, quid homo in Confessione debet famam alterius confidere quantum potest, sed suam conscientiam magis purgare debet: & ideo si circumstantia, qua dicit in cognitione personæ, sit ex necessitate Confessionis, secundum regulam datam, tunc debet confidere occultando personam quantum potest; si autem non sit de necessitate Confessionis, debet dimittere ne peccatum alterius prodat.

Eiusdem sententia est Doctor Seraphicus S. Bonaventura 4. dist. 21. p. 2. art. 1. q. 3. n. 34. ubi sic scribit: Dicendum, quid aliena peccata aut sunt impertinentia ad peccati nostri accusationem, sed ex quadam associatione refert ea, & ad quandam excusationem ille, qui confidetur; quia solutum est miseri socios habere panarum; & male facit, qui sic confidetur: sicut multi simplices accusant aliquando onanes vicinos suos, ut minus confundantur; ut si dicant: sumus latrones, usurari, perire, & consimilia; & tales a Confessoriis corripientes sunt, quia rectam formam Confessionis non servant. Aut peccata aliena sunt nostris coniuncta & admixta; ita quod sine illis non potest bene culpa propria explicari: & tunc licetum est confidere etenim, quatenus non potest sine alieno peccato culpa propria explicari. Unde sufficit aliquando in generali, ut si mulier cognita est ab Episcopo (quod abest) suffici dicere, quod aliquis magnus Prelatus eam cognovit. Si à persona Religiosa, sufficit, quod in generalitate sua sit, quia satis appareat genus culpa. Si vero descendat ad personam singularem, increpanda est persona confitentis &c.

Si vero peccatum non potest explicari sine expli-

catione persona determinata: ipso, si mulier in ordinata à viro cognita est; tunc si dicatur de marito, non peccat, pro eo quod non potest aliter confiteri propriam culpam. Et tunc non uestebt aziendi accusatio aliena, sed accusatio propria. Et sic generiter verum est, quod peccata aliena non sunt dicenda in Confessione, nisi etenim, quatenus sunt propria; nec Confessores debent inquirere. Vnde illi Confessores, qui ramulos in Confessionibus inquirunt, & audiunt de aliis malum, & sajnit, vix aut iniquam à peccato detractionis excusari possunt: & ne scunt mederi animabatur, dum patiuntur eos, qui veniant ad medicinam, alios accusando, ibi infligere vultus grave. Huculque Sanctus Bonaventura.

Accedit S. Bernardus in Formula honestæ & Doctoris vita, in quadam documento, quod proxime post illam habetur, ibi: De nullo prorsus finitè loquaris (quantumcumq; sit verum vel manifestum) nisi in Confessione; & hoc ubi non potes aliter maius effare peccatum tuum.

Omitto alios Auctores tam veteres, quam recentiores, qui magno numero (ut videre quibus non poteris apud Suarium dñp. 34. sec. 2.) seculi 30. contradicte post illam habetur, ibi: De nullo prorsus finitè loquaris (quantumcumq; sit verum vel manifestum) nisi in Confessione; & hoc ubi non potes aliter maius effare peccatum tuum.

Ubique licet expresse solum doceat, personam complicis cadere sub sigillum; equidem satis aperte supponit nostram sententiam, dum peccato principali, & circumstantia peccati, adiungit personam secundam, cum qua peccatur. Constat autem, peccatum principale & circumstantia peccati posse & debere explicari in Confessione. Saltem Scotus nusquam docet aut insinuat sententiam oppositam: ergo electio libera. Malo autem eligere sententiam sanctissimorum juxta ac doctissimorum viorum, quam sententiam aliquorum DD. de quorum sanctitate & excellenti doctrina nobis non ita constat, cum totum pendeat à prudenti judicio de notabilis bono integræ Confessionis, facta comparatione ad infamiam, quam patitur complex apud solum Confessarium.

Licit autem bonum notabile integræ Confessionis supra paucis verbis insinuaverimus; 31. declaratur; bonum notabile Confessionis integræ ex-

Rrrr 2 Confessionis

Suatio; &  
primo qui-  
dem bonum  
ipsius Sac-  
ramentum.

fessionis pertinere ad bonum ipsius Sacra-  
menti; quia (inquit) hac integritas necessaria  
per se est ad perfectionem huius iudicij.

Et moraliter declaratur: quia alia fre-  
quenter, & ex occasionibus sapienter occurrenti-  
bus, & veluti per se conjuncta cum modo  
peccandi hominum, dexterum dimidiare Con-  
fessionem, & multa peccata tacere; ut v. g.  
non possint vir & uxor confiteri peccata, que  
inter se committunt, moraliter & regulariter  
loquendo, quia cognoscuntur à Confessore,  
& unus confiteretur lapsus alterius, & simili-  
tudine; quod certe maximum incommode-  
nit.

Item, quia inde possent pravi homines oc-  
casionem sumere gravissima peccata com-  
mittendi, eā occasione, quod uterque ratione al-  
terius mutuò excusatetur ab obligatione  
confitendi. Considerato ergo bono ipsius Sa-  
cramentū, ex illo sumitur sufficiens causa, ut  
illa censeatur detractio materialis & non for-  
malis. Hac illa.

Deinde explicat spiritualem utilitatem ip-  
sius punitio, dicens: Moraliter loquendo,  
inde (id est, ex integra Confessione) credit  
pudor & dolor de tal peccato. Unde moraliter  
etiam sperari potest, ut crecat fructus ex  
opere operato, qui certe est majoris momenti,

quam fama complicita circa unum Confessorem  
sub tanto secreto. Accedit praterea, quod cum  
hac integritate conjuncta est Satisfactione sacra-  
mentalis pro tali delicto imposta, cuius fru-  
ctus etiam est maximus momenti. Denique ac-  
cedit ipsa realis executio seu obseruancia di-  
vini precepti absque excusatione, qua per se  
etiam est magnum bonum, tum propter ho-  
nestatem ipsius actionis, tum etiam propter  
pacem conscientiae, quam afferit, dum libera-  
tur homo ab illo onere & obligatione iterum  
confitendi.

Unde etiam est magna consideratione dignum,  
quod si obligetur penitens ad occul-  
tandam personam complicitis in Confessione;  
moraliter loquendo obligabitur sapienter ad bis  
confitendum peccatum suum, sicut etiam sub aliqua  
ratione generali, & iterum sub aliqua speciali;  
ut v. g. si quis cum matre deliquerit, prius  
quando Confessor matrem agnoscit, tenet  
saftem confiteri illicitum concubitum, ut  
etiam alterius sententia. Autores sententur;  
postea vero nacta occasione tenebitur iterum  
confiteri impium incestum; quod profecto  
magnum gravamen est. Hoc igitur sensu op-  
timè etiam hic applicatur principium illud,  
quod unusquisque magis tenet sibi provi-  
dere, quam alteri ceteris paribus, nequum ubi est  
tanta disparitas: nam penitens sic confitendo  
& animæ sua providet vel in necessariis, vel  
certe in rebus maxime utilibus; atque etiam  
suo pudori & sua fama aliquo modo subven-  
tit, ne sapienter & multis se prodere cogatur.

Hucusque Suarius; toro intentus in exten-  
sione bono integræ Confessionis.

Aldo pauca pro diminutione infamie,  
quam patitur complex ex revelatione peccati  
apud solum Confessarium. Fama in genere  
recte describitur: Multorum existimat, non sicut  
communi & publico sermoni expressa, de vita  
& moribus aliquicis. Porro bona fama  
definitur: leg. Cognitionum 5. ff. de Extrado,  
cognit. Dignitatis illa se statutus, legibus ac moribus  
comprobatur. Hinc aliqui probabilitate existi-  
mant, non esse peccatum mortale in genere  
detectionis, uni aut alteri viro prudenti &  
secreto revelare defectus graves sine rationa-  
bili causa; quia videlicet adhuc permanet di-  
gnitatis illa se statutus, legibus ac moribus comprobatu-  
ris: non enim ex tali revelatione oritur mul-  
torum (moraliter loquendo) existimat  
malum, communis & publico (sicut moraliter)  
sermone expressa. Aldo ly Moraliter: qui  
doo aut tres licet physie plures sint; tamen  
respectu totius Communitatis pro nihil quasi  
reputantur. Unde crimen commissum coti-  
duous aut tribus non dicitur publicum fac-  
to, ut propter ea possit sine peccato ulterius  
prolari.

Enimvero veluti non dicitur quis bone  
fame, eo quod unus aut alter inter se dicant,  
& existimat ipsum esse bonum, si tamen vul-  
gus estimat ipsum esse malum; ita vice versa  
non videat esse infamis ex eo praeceps, quod  
unus, duo aut tres inter se dicant, ipsum esse  
malum, & illud alterius sentiant; dummodo  
promiseum vulgus ipsum praedicit justum &  
laetum. Vel si est aliqua infamia, aut me-  
lius aliqua diminutio estimationis, saltem  
non gravis seu mortal. An forte existimat,  
si quis estet publice seu propriè infamatus, &  
duo vel tres adhuc ignorantem crimen com-  
missum, graviter peccatum contra Charita-  
tem, qui illud crimen ipsiis revelaret? Null  
existimat.

Omitto; prudentes non adeo despiciunt ho-  
minem ex peccato, quam imprudentes: con-  
siderant enim magis humana natura fragilitas  
debet. Quod autem homines altius mali-  
tiam sua peccata revelari multis plebeis hominibus, ex quo  
quod unu viro prudenti, v. g. Superiori; or-  
itur ex eo, quod timeant ab eo privari alii in  
bonis, sustentatione v. g. promotione ad offi-  
cia &c. Tunc autem foret peccatum mortale  
non in genere detectionis, seu quatenus fama  
laeditur; sed in genere alterius iniquæ damnifi-  
cationis, quatenus alii bonis per iniquam  
detractionem fraudantur.

Ex quo patet, quid respondentum ad hoc Ex quo  
argumentum: Opinio bona apud prudentes & sapientes  
probs est magis bonum, quam apud imprudentes  
dentes & improbs. Respondent enim primò una  
opinionem apud prudentes non ita facile telli-  
ex revelatione unius aut alterius defectus.

Deinde

Deinde  
num; se  
ut prom-  
Dices  
talem ra-  
pari ratio-  
contume-  
mortale  
crimen a-

Resp-  
ritatis ell-  
objectione  
autem &  
quippe pri-  
tumslia h-  
telmoni-  
tur, qua-  
consumel-  
matio pl-  
men man-

Nec h-  
nit crimi-  
peccare m-  
num non  
non sit ve-  
bus, grava-

Deinde  
la bona a-  
do, quo  
stat esse pa-  
tur habere  
quām ut  
Unde lon-  
ponit cri-  
& prædicti  
dum crimi-  
men veru-

37. Repon-  
fieri posse-  
tum, fit g-  
go à viola-  
ter maliti-  
plicium  
per violen-  
tempus i-  
materia ,  
proper  
gravis pe-  
jiciatur, p-  
si qui ma-  
potest pe-  
acceptet  
ergo mira-  
di confe-  
elid detrac-  
eadem m-

Quido  
(que di-  
saltent ei-

Deinde posset dici, non esse in se majus bonum; sed quia speratur inde alia commoda, ut promotio ad officium, externus honor &c.

Dices: Sicut materia, qua sufficit ad mortalem rapinam, sufficit ad mortale furtum; par ratione materia, qua constituit mortalem contumeliam, constituit itidem mortalem detractionem: atque sufficit ad contumeliam mortalem, etiam uno solo praesente, grave crimen alteri exprobare, ergo &c.

Respondeo I. neg. Majorem. Ratio disponitatis est: quod furtum & rapina habeant idem objectum, scilicet bona fortuna; detraction autem & contumelia distinctum. Detraction quippe pro objecto habet famam; ut vero contumelia honorem. Jam autem honor cum sit testimonium vel unius tantum, profus laeditur, quamvis nullus sit praesens, nisi ille, cui contumelia infertur: fama vero, utpote astimatio plurium, non laeditur, nisi pluribus crimem manifestetur.

Nec hinc confessarium est, eum qui imponit crimen falsum, etiam coram ipso solo, non peccare mortaliter: quia tametsi fortassis damnationem non sit grave in genere detractionis, cum non sit vera infamia, nihilominus astimatio, quam aliquis, cum sit probus, astimatur improbus, grave malum confert.

Deinde modo magis injurioso auferunt ipsis illa bona astimatio, quam habebat, eo plane modo, quo per iudicium temerarium, quod constat esse peccatum mortale. Sanè majus jus videatur habere, ut est metus bonus, quando talis est; quam ut astimetur bonus, quando malus est. Unde longè maiorem infert injuriam, qui imponit crimen falso, quam qui revelat verum: & prolus major ratio requiritur ad imponendum crimen falso, quam ad revelandum crimen verum.

Respondeo II. ad principale argumentum fieri posse, ut parva materia in ordine ad furtum, sit gravis materia rapina, si videlicet magna violentia auferatur. Siquidem rapina, praeter malitiam furti, videtur in se includere implicitum quandam contemptum dominij, quo per violentiam res accipitur. Posset ergo contemptus iste in tantum excrescere, ut quamvis materia, qua auferitur, in se sit levis, tamen propter contemptum adjunctum sit materia gravis peccati, v. g. si dominus in terram deiecitur, pedibus conculceretur &c. Hac ratione, si quis magna vi à Clerico auferat rem levem, potest peccare mortaliter, quamvis si occulere acciperet, solum peccaret venialiter. Quid ergo miramur, si contumelia (in qua intercedit contemptus) possit esse peccatum mortale, est detractionis (qua abest contemptus) de eadem materia, solum sit venialis?

Quidquid sit de veritate hujus opinionis (que disputabilis est, & communis negatur) saltem ex dictis apparet, longè minorem esse

infamiam (si ita placeat eam appellare.) qua relationem infertur complici per revelationem peccati in Confessione apud solum Confessarium, quam extra.

Si pluribus revelaretur idem peccatum extra Confessionem; immo, quam si uni revelaretur: idque propter sigillum Confessionis, quod ad eum stricte obligat Confessarium, ut nullatenus post ut illa scientia in praedictum complicitis, magis quam in praedictum paenitentis.

Sin autem (quod absit) paenitentis prudenter timeret abulum scientiae confessionalis respectu complicis, indubie non teneretur complicitum revelare, magis quam, si eundem abulum timeret respectu sui, teneretur se ipsum revelare: quia ille abusus est plane extrinsecus integratam Confessionis, secus scientiam Confessarii; & ideo iste excusat ab integratore, huc autem non; per consequens nec infamiam paenitentis, quam complicis, qua praeceps oritur ex illa scientia.

Dices, esse differendum: magis etiam per se connectitur cum Confessione infamia ipsius obiecto penitentis, quam alterius, que per accidentem sollem videtur aliquando reperiri. Ita sibi obligat Lugo disp. 16. nu. 400. sequenti autem numero ait: Hoc Sacramentum per se loquendo, & ex sua institutione utramque infamiam videtur aquae afferre.

Sed quid ad hæc Dicastillo? Non possum (inquit) non videre, Eminentissimum n. 400 loquendo de utraque infamatione, oppositum docuisse. Dixerat enim: Magis per se connectitur cum Confessione infamia ipsius penitentis, quam alterius.

Quæ verba non scio componere, cum verbis sequentis numeri, dum loquens de eodem Confessionis Sacramento, ait: Ex sua institutione utramq; infamiam videtur aquæ afferre. Et rursus ibidem paulò post: Non minus (inquit) assert secum infamiam complicis, quam paenitentis. Sola istorum verborum collatio inter se, non tantum collatio, sed collusio est. Nam (ut de quibusdam Legibus dixit Quintil, l. 7.) Configunt inter se, & colliduntur.

Clarius videtur hoc, quam ut à me pluribus probari debeat. Si enim utramque infamiam aquæ affert, quomodo (quale) magis per se connectitur cum Confessione infamia ipsius Penitentis? Et quomodo non minus affert secum infamiam complicis, quam paenitentis, si magis per se connectitur cum Confessione infamia penitentis, quam alterius? Hæc ille; excrucatus (ut videtur) sumo contradictionis.

Quid namque manifestius, quam Eminent. n. 400. loquendo de utraque infamatione, di hinc ostendit oppositum? Neque enim dixerat di Autor. (ut perperam ait dicastillo) sed sibi ipsi obsecratur: Magis per se connectitur cum Confessione infamia ipsius penitentis, quam alterius, ut patet ex istis verbis: Dices, esse differendum. Quæ si Di-

Rrr 3 castillo

castillo rectis oculis legisset, scivisset utique  
componere hac verba: *Magis per se Ec. cum  
verbis sequentis numeri: Ex sua institutione &c.  
componere (inquam) eo modo quo compo-  
nenda sunt, id est, eo modo, quo verba ob-  
jectionis componenda sunt cum verbis respon-  
fiosis.*

Sed, quid dicam? Patitur hoc loco Eminent. ab impugnatore suo Dicastillone, quod frequenter (ut refert Dicastillo ibidem n. 934) Plato ab Aristotele impugnante, dum hic aut in alio sensu, quam ab illo dicta fuerant, aut paulo alteri proposita refert, ut impugnet. Ita plane Dicastillo, ut impugnet Lugonem, objectionem refert tanquam ejus doctrinam, quod est vitium capitale.

Igitur Eminent. docuit oppositum, non illius quod ante docuerat, sed quod sibi ipsi obiecaserat. Docuit (inquam) cum Suario supra, & aliis, hoc Sacramentum per se loquendo, & ex sua institutione utramque infamiam, scilicet pœnitentis & complicis æquæ afferebat, etiam Aliquis videatur, magis per se connecti cum Confessione infamia ipsius pœnitentis, quam alterius, prout videtur Dicastilloni super n. 904.

40.  
Sententia  
Austriacæ,  
præf. 174.  
Mihî certum est I. Neutram infamiam uni-  
versaliter connecti. II. Frequentius connecti  
infamiam penitentis, quâm complicis : quia  
plurima peccata non habent complices ; &  
quia fœpids contingit complices esse ignotum  
Confessario, quâm penitentem. Interim utra-  
que infamia velut per se, & quæ intrinsecè  
sequitur ex integratâ Confessionis, id est,  
integritas Confessionis est præcisa ratio, quare  
penitentis debet seipsum vel complicem ma-  
nifestare ; ita ut si posset integrè confiteri, ab-  
sque tali manifestatione, per consequens absque  
propria, vel complicis infamia, qua sequitor  
ex illa manifestatione, non teneretur seipsum  
vel complicem manifestare.

Quod autem frequentius possit integrè constiteri absque manifestatione complicitis, quam sui ipsius, per accidens est, adquodque impertinens ad excusandum penitentem ab integra Confessione, quando hic e nunc non portet fieri absque manifestatione complicitis. Itaque qui præcepit manifestationem penitentis, quando illa est necessaria ad integrum Confessionem, etiam præcepit manifestationem complicitis, quando aquæ est necessaria.

41.      *Audio argumentantem de Scildere in Synopsis de Sacramentis §. 60. Revelatio complices facit Confessionem penitentis complici odiosissimam, & per consequens obnoxiam periculo, ne ab ea penitentem complexaverat: ergo non potest tantum, sed etiam teneatur penitentis peccatum complices infamatum silere.*

**Responso.** Respondeo : Propria infamia facit Confessionem odiosissimam ipsi pœnitenti , & nata ollitur .

est magis avertere à Confessione, quam complex; & tamen propter illam non est Confessio mutilanda; ergo nec propter infamiam complicis.

Si dixeris : illa aversio, quæ fit à complice,  
est aliquid malum extrinsecum Confessionis.  
Respondeo : non magis extrinsecum, quam  
aversio , quam causat propria infamia : ergo si  
hæc non excusat, nec illa.

Quin immo (reponis) est magis extinc-  
cum, quia sequitur ex malitia complicis. Re-  
spondeo : etiam alia aversio sequitur ex malitia  
penitentis. Ergo si Christus non obstante pe-  
culio hujus aversioneeris, praecipie penitent  
integralm Confessionem cum propria infamia;  
nulla est ratio, quare non etiam cunctae pra-  
cepisse integralm Confessionem cum infamia  
complicis, sed inde complexum sumat occasio-  
nem penitentem avertendi à Confessione.

Atque, ut in aliquo casu ex illa aversione seu molestatione complicis, notabile dampnum extrinsecum sequeretur penitenti; equidem istud non est generale, ut propter generaliter omnes excusentur à revelatione complicis. Igitur propter hoc argumentum de Scildere non est recedendum à communione sententia.

Nec propter istud Attrahit dispensatio 33, n. 14.  
Obligatio, quæ est ex natura rei, non centur  
ablatia etiam ab eo, qui potest enim absente  
per legem positivam, nisi expressè ea re-  
volet, aut nisi lex illa positiva perat necessariè  
eam ablationem; id autem in praesenti non  
petere, pater ex alii similibus casibus, quos  
dixi excipi ab omnibus; v. g. quando ego  
tempore meum peccatum à Confessario reve-  
landum vel uni tantum, etiamsi timeatur  
solum in Confessione id facientium, tunc non  
obligor meum peccatum tali Confessario di-  
cere; & tamen ibi non est major manifestatio,  
quam si ego revelem complectim huc enim

peccatum complicis revelatur uni, cui ille non confitetur; sed ego, qui illud revelo. In eo item casu est hoc idem: nam meum peccatum tunc revelaretur a meo Confessori, cui ego non confiteor; sed confitetur ille, qui illud revelat. Ergo si ego exculus dicere meum, ne alias, quam meus Confessarius illud sciat; etiam excusabor dicere peccatum Petri, ne alias, cui Petrus non confiteatur, illud sciat: quia jam dixi, cum hoc sacramentum in penitentia bonum summum ordinetur, facilius fuisse illum obligare ad se in eo diffamandum aliquo modo, quam ut diffameret proximum, qui ex eo Sacramento nihil pro�us utilitas accipit. Hucusque prefatus Author.

Et continuò subjungit: Ex his constat p  
stanto ratione, probabiliorem esse primam sententiam: quia cum non constet, à Christo o  
illam obligationem naturalem non prodendi compli bi

complicem esse ablatam per hoc Sacramentum, circumstantiam cum notabili damno extrinsecum propria fama, vel aliorum bonorum confiteri, non possumus nos dicere, ablatam esse: obli-  
gar ergo etiam in eo casu. Secunda autem quorum est dominus; quia potest cedere juri neatur.

fententia haber pro se Scholasticos plures. Quidquid de re ipsa sit, utraque in praxi potest commode teneri. Hæc ille.

Responso patet ex dictis: confitat, Christum præcepte integrum Confessionem cum propria infamia, propter utilitatem, quam accipit penitent ex eo Sacramento. Constat, præceptum naturale conservandi famam non obligare cum notabili incommodo illius, qui novit peccatum occultum alterius, esto ille, cuius peccatum revelatur, nullam inde accipiat utilitatem: ergo confitat, penitentem posse revelare peccatum complicis; ne careat utilitate integræ Confessionis, estd complex nihil utilitatis ex eo Sacramento accipiat.

Nec est similis casus Atriage; quia revelatio, qua sit à Confessario vel uni tantum, etiam in Confessione, non est necessaria ad integratorem mea Confessionis, sicut est necessaria revelatio complicis. Dato autem casu (de quo suprà egimus) quod revelatio, qua fieret à Confessario, foret necessaria; ita ut, nisi penitent velit dare licentiam revelandi, indispositus sit ad fulcipientum Sacramentum, dico (sicut superius dixi) propter timorem illius revelationis nullatenus mutilandam Confessionem.

Praterquam quod, si penitent non posset revelare peccatum complicis, & per consequens deberet carere fructu integræ Confessionis, etiam complex eadem ratione non posset integrè confiteri, & per consequens deberet carere utilitate, quam alioquin acciperet ex integra Confessione: ergo præceptum integrè confitendi cum infamia complicis, æqualiter cedit in utilitatem utriusque.

Ex his confitat, etiam stando ratione, probabiliori esse nostram Conclusionem: quia confitat, obligationem naturalem non prædicti complicem, esse ablatam, seu potius cessare in hoc casu, propter præceptum & utilitatem integræ Confessionis; non quod hoc præceptum positivum, per se derogat isti præcepto naturali; sed quia immutat circumstantias, quæ in præcepto naturali includuntur, & sub quibus præceptum naturale tantum obligat, ut patet ex suprà dictis. Itaque penitent non solum potest, sed etiam tenetur complicem peccati explicare, quando peccatum non potest aliote integrè confiteri. Ratio est manifesta: quia jam urget præceptum integrè confitendi, cessante utique præcepto naturali conservandi famam complicis, quod solum poterat esse obstaculum.

Haud inficior, in multis casibus penitentem posse integrè confiteri: si velit, tametsi non teneatur: v. g. potest explicare aliquam

circumstantiam cum notabili damno extrinsecum propria fama, vel aliorum bonorum confiteri, esti non res.

fuo, quod habet ad illa bona; nec tamen propterea tenetur eam confiteri. Potest si velit cum magno labore querere Confessarium,

qui habet potestatem in reservata, ut sic integrè confiteatur; & tamen non tenetur. Igitur non valeat hac argumentatio: Possum explicare complicem peccati, quando non possum aliter peccatum integrè confiteri; ergo teneor explicare. Respondeo neg. Consequentiā.

Ratio disparitatis est; quod in aliis casibus maneat præceptum integræ Confessionis, quoad vim suam obligandi, in actu secundo impedire; nec possit expediti, nisi dependenter à voluntate ipsius penitentis, qui test,

Quare res  
neatur pos-  
sunt ex-  
plicare  
compli-  
cam  
quando pos-  
test,  
Ratio  
disparitatis  
est; quod in aliis casibus  
maneat præceptum integræ Confessionis,  
quoad vim suam obligandi, in actu secundo  
impeditum; nec possit expediti, nisi depen-  
denter à voluntate ipsius penitentis, qui test,

potest, si velit, tollere impedimentum, &

non tollere. In hoc autem casu impedimentum tollitur per ipsam legem & utilitatem integræ Confessionis, independenter à voluntate penitentis. Quidni ergo lex illa obliget, velit nolit penitent?

Siquidem cessante præcepto conservandi famam complicis, quod unicum poterat esse impedimentum, jam lex integræ Confessionis, quoad vim suam obligandi, in actu secundo est planè expedita, & nullatenus impedita. Ergo nulli est ratio, quare non obliget; sicuti, ex hypothesi, quod penitent jam subiicit laborem, quem non tenebatur subire in querendo Confessario, ex hypothesi (inquit) quod aliquem invenerit, qui possit absolvere à reservatis, jam non solum potest, sed tenetur integrè confiteri; quia impedimentum quod antea erat, scilicet ablenita Confessarii, jam ablatum est per ipsum penitentem; & per consequens manet præceptum integræ Confessionis, quoad vim suam obligandi, in actu secundo expeditum.

Itaque in occurrentia duorum præceptorum, quando unum fortius est alio, si licet obseruare unius materiam præstare, non obstante materiam alterius, quod in præsencia fortioris non obligat, tuoc materia fortioris non solùm obseruat, licet, sed debet præstari; quia manet præceptum fortius expeditum in suo vigore, ut ureat. Hinc si quis non possit integrè confiteri, nisi revelando sigillum Confessionis, jam suprà cum Scoto diximus, non teneri integrè confiteri, quia fortius est præceptum sigilli: & ideo non solum licet omittere integratatem; sed debet omitti, ut servetur sigillum; quia videlicet in conspectu figilli cessat, independenter à voluntate penitentis, integratim obligatio; quâ cessante manet præceptum sigilli.

Quando  
licet obser-  
vare præ-  
ceptum for-  
tius, debet  
obseruat,  
Ergo consimiliter in casu nostro, cum in conspectu integratatis Confessionis celer obli-  
gatio conservandi famam complicis, liquefatto,

Haud inficior, in multis casibus penitentem posse integrè confiteri: si velit, tametsi non teneatur: v. g. potest explicare aliquam

Herinck.  
Suarez,48.  
Major est  
ratio reve-  
landi com-  
plicem in  
articulo  
mortis,  
quam extraResponsio  
Suarez,49.  
Rejicitur ab  
Auctore.

Leffius.

profecto, illam non solum esse licitam, sed etiam obligatoriam; & non solum posse revelari peccatum complicis, sed etiam debere: non tantum in articulo mortis, verum etiam quandocumque obligat praeceptum suscipiendo Sacramentum: non quod diffinatio haec, quia Aliqui utuntur, nullatenus sit fundata (ut putat Herinck part. 4. tract. 4. disp. 3. n. 58. secutus Suarez disp. 34. sect. 2. num. 12. & alios Recentiores) sed quia revera bonum integrum Confessionis, etiam extra articulum mortis, prævalet malo, quod sequitur complicit ex revelatione sui peccati.

Cæterum puto ego majorem esse rationem revelandi complicem in articulo mortis, pecuniale incommode, nimis periculum nungam amplius confidendi illud peccatum, adeoque periculum non exhibendi satisfactio nem, quam Christus requisivit pro peccato quolibet mortali.

Respondet Suarez supradicto, hoc non affere novum aliquod detrimentum spirituale, nec novam præcepti divini transgressionem: quia totum illud per accidens est, quatenus ex futuro eventu pendet; sed solum (inquit) est attendenda præfensa excusatio. Quapropter, si rationes alias per se non sufficiunt ad excusandum à detractione formalis, & ad obligandum ad servandam integratatem; illa circumstantia articuli mortis parum profecto ad utrumque conferret. Hæc ille.

Quinimmo, multum profecto ad utrumque conferret, quemadmodum multum conferret ad excusandum à solutione hodierna debiti pecuniarii, quod, et si hodie illud non solvam, post octo dies poterò solvere, & solvam; et si rationes alias per se non sufficiunt ad excusandum, ex hypothesi, quod nisi hodie solvam, in perpetuum non poterò illud solvere, nec solvam. An putas, quia iusta ratio differendi solutionem debiti ad tempus, eadem semper sit iusta ratio nuncquam solvendi debitum? Clarum est quod non.

Quando (inquit Leffius de Justitia & Jure lib. 2. cap. 16. nu. 23.) is est rerum mearum status, ut non possim debitum præstare statim finē magna aliarum rerum mearum jactura, licitum est mihi ex quadam aequitate Juris naturalis diffire, nisi forte creditor simile detrimentum accepturus putetur. Secùs est, quando tales sunt circumstantiae, ut nisi modo restituiri fiat, nuncquam sit futura; tunc enim si res iniuste ablata est, statim restituiri debet, etiam si magni sumptus essent faciendi. Hæc ille.

Cur ergo Deus non posset rationabiliter exigere integrum Confessionem cum infamia complicis in articulo mortis, quando est periculum nuncquam amplius integrè confidendi, quam extra articulum mortis, quando post

unum annum v. g. potero integrè confiteri, & integrè confitebor?

Nec verum est, quod supradictum diceret Suarius, hoc non adferre novum aliquod detrimentum spirituale: nam impedit, quod minus penitentis fessio in unquam possit sacramentaliter satisfacere pro morte, si illo peccato, per consequens accipere remissio, non penitentium temporalium ex opero operatur. Affer etiam novam præcepti divini transgressionem; quia præceptum divinum est, semel confitendi in vita quodlibet peccatum mortale: illud autem transgreditur, qui in articulo mortis non confitetur aliquod peccatum mortale; secus qui hodie non confitetur, si crastinâ die confitetur. Et licet totum illud pendeat ex futuro eventu, scilicet morte nondum physicè existente & præsente; equidem cum mors moraliter certa sit, & mortaliter præsens, totum illud per se censeri debet, & non per accidens; neque ita attendatur excusatio futura, quam bene excusatio præfensa.

Interea existimamus, illam distinctionem de Confessione facta in articulo mortis, vel extra illum, non esse necessariam; sed teneri penitentem etiam extra articulum mortis manifestare complicem, quandocumque urgat præceptum Confessionis, & non potest aliter peccatum suum integrè confiteri; immo illi non urgeat præceptum Confessionis, si rame notabilis aliqua utilitas hic & nunc suscitetur Confessionem. Alioquin,

### CONCLUSIO III.

Qui revelat peccatum complicis finē ulla necessitate vel utilitate, peccat contra justitiam; adeoque tenetur ad restitutio nem tum famæ, tum aliorum damnorum, quæ ex tali infamia oriuntur.

**S**uppono, formalem detractionem, id est, violationem aliena famæ absque rationabili causa, esse peccatum ad minùs contra Chiesam reitatem; quinimmo contra justitiam, non contra hominem, ut etiam dum revelatur crimen occultum, tametiquilibet sit dominus sue scientie, sicut aliarum rerum externarum. Quippe nec alii rebus externis potest uti cum damno terrii; v. g. non potest incendere domum propriam, si inde imminet periculum, ne domus vicini comburatur; ergo pari ratione non poterit uti suâ scientiâ, revelando crimen occultum, quando exinde imminet periculum, ne fama alterius violetur,

Etideo  
Jus in re ex  
dispositio  
Inqua  
præsentari  
faman pro  
tect: nam  
tia; quia in  
habet salte  
etiam dor  
juste vel in  
inde non pu  
is, cuius b  
sententiam  
ministratio  
sentenciam  
latam sent  
Hoc su  
ficultatem  
felsione  
Confession  
fit sine ulle  
gar per se  
posibiles  
subsequent  
& obligab  
An sub  
controversie  
utrum rev  
creto viro  
vam parte  
est) cum fi  
esse virum  
quia revela  
rit nisi pe  
non nisi o  
niali. Si co  
communic  
lueris, in p  
scilicet rev  
mortalis;  
sub morta  
aliorum d  
  
Quinim  
fecri possi  
dico, & alia  
dictio effet leve  
moribus in  
men pecc  
nis exten  
plex à C  
effet sola  
mam; ec  
ista bona  
  
Et ve  
fatis faci  
Modus re  
traxit, nra  
fruendi  
finam ex  
Qualis po  
Ligare.  
(inquit  
dem Con  
Confessio  
sigillo:  
alia bona